



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S.// Ecclesiae Treverensis
Pars// Prior**

Jakob <III., Trier, Erzbischof>

Avgvstae Treverorum, 1574

VD16 A 766

Qua die mensis Kalendæ, Nonæ, & Idus sumantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72595)

**QVA DIE MENSIS KALENDAE,
NONAE, ET IDVS SVMANTVR.**

Prima dies mensis, Kalendæ appellantur: Vbi autem Nonæ sunt quatuor, quinta dies Nonis tribuitur, decima tertia Idibus. Vbi sex sunt, septima tunc die dicitur Nonis, & decima quinta Idibus. Reliquis verò diebus dicitur pridie, tertio, quarto, Kalendas, Nonas & Idus, retrorsum numerando, vsque ad diem, qui aut Kalendis, aut Nonis, aut Idibus inscriptus est.

**DE ANNO ET EIVS
PARTIBVS.**

ANNVS constat duodecim mensibus, hebdomadis quinquaginta duabus & die vno, diebus trecentis, sexaginta quinque & sex horis. Hoc enim temporis decursu Sol Zodiacum circuit. Viginti quatuor autem horæ, quarto quoque anno supersunt, quæ diem intercalarem, quem & bisextilem vocamus, efficiunt.

**DE NVMERO DIERVM
CVIVSQVE MENSIS.**

VERSVS.

Triginta Aprilis, Iunius, Septemq, Nouemq;

Uno plus alij, Viginti Februus octo.

At si bissextus fuerit, superadditur vnus,

Et tunc bissexto Marti conscribere Kalendas.

TABV.